

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9582

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1175-1179]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert [II], comte de Meulan, confirme les terres de l'abbaye Notre-Dame du Vœu (Le Valasse) données par son père Galeran et par plusieurs autres personnes.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 18Hp7. Copie du XIIe siècle (pancarte)

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Osbert, prieur de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger, 1175-1179.

Tradition : le premier acte copié dans une pancarte regroupant cinq actes (XIIe siècle).

Texte d'après B

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Robertus comes Mellenti, notum facio universis sancte Ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, me dedisse et confirmasse Deo et aecclesie Sancte Marie de Voto pro salute anime mee et antecessorum et heredum meorum in elemosinam perpetuam, terram que est inter terram infirmorum de Monte Rothomagi et terram canonicorum de Monte Duorum Amantium, in Althia, ad unam carrucam et ad boscum nutriendum et herbergagium et vineas faciendas, sicut tradiderunt eam et metas imposuerunt fratribus aecclesie predictae Willelmus Veltra et Asroldus tunc temporis ballivi mei ex precepto meo, apud Valles quoque clausum Plaustre quod est .Vque. arpentorum et ibidem hospitem unum liberum et quietum ad custodiam vinearum. Vineam vero quae dicitur de Valle Comitum duorum arpentorum quem [sic pour quam] eidem aecclesie contulit G. venerabilis comes Mellenti pater meus, unum etiam arpentum in Aioiis, juxta ripam Sequane quod ego addidi ex proprio dono meo. Eustachius quondam Aioiis dedit eidem aecclesie unum arpentum et accepit de caritate aecclesiae .XX. libras. Unum arpentum dedit eis Willelmus filius Roberti in elemosinam pro salute anime sue. Duo arpentum quae abbas emit in presentia mea a Radulfo de Hantona pro .XV. libris Parisiis et uno pallio quod ego dedi uxori ejus et una tunica, Vque. solidos ad opus filii sui primogeniti. Dimidium arpentum quod tenet ad Fontenellam et quoddam campum vinee quod intrabat in vineam suam de Hantona quae dedit [sic pour quem dederunt] eis Warnerius Magnus et filii ejus. Unum arpentum vendidit eis Robertus filius Raburgis pro .VI. libris Parisiis. Unum arpentum vendidit eis Rogerus de Monte Aureo pro .IX. libris Parisiis. Unum arpentum vendiderunt eis Bencelinus et Hugo vicinus ejus pro .VII. libris Parisiis. Dimidium arpentum vendidit eis Odo de Furno pro .LXV. solidis. Dimidium arpentum vendidit eis Fulchardus de Fonte pro .LXV. solidis. Dimidium arpentum vendidit eis Henricus filius Johannis pro .LX. et .X. solidis. Tria quarteria vinee vendidit Radulfus Brito pro .VII. libris. Hii omnes hec

omnia dederunt et vendiderunt fratribus aeclesie predictae, concessione uxorum suarum et liberorum, libera et quieta ab omni consuetudine et exactione. Que et ego concedo et confirmo eidem aeclesie libera et quieta sicut et ea que pater meus dedit et ego. Concedo etiam eisdem fratribus vindemiare quando voluerint et quamdiu sine torculari erit, sine consuetudine sint ad torcularia mea. Volo etiam eos quietos esse a censu et theloneo et rotagio et passagio et ab omni consuetudine apud Mellentum et per totam terram meam, et firmiter precipio illud teneri ab omnibus iusticiis meis et baillivis terre mee imperpetuum. Testes, Willelmus de Theoboldivilla, Ricardus le Bigot, Gaufridus de Belingertort, Osbertus tunc temporis prior de Belmont.